



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvtii Ordinis F. Minorum de
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis
neceßarium**

Cambi, Bartolomeo

Coloniae, 1606

De affectu inordinato ad res sensuales. Cap. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

triplicis huius considerationis animam quæ eas profundè cordi suo infixit, ab omni huius affectionis macula emundat: O quam perfectè illam ab omni rerum transitoriarum affectione liberat atque expedit.

De affectu inordinato ad res sensuales, Macula tertia.

CAPVT IIII.

Rom. 8.

ERGO fratres debitores sumus: non carni, vt secundum carnem viuamus: si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis; ait S. Paulus Apostolus:

Rom. 13.

*Quam foeda
fit macula
sensualitas
& vnde o-
uiatur.*

Qui & alibi dicit: Carnis curam ne feceritis in desiderijs. Hæc macula sensualitatis admodum fordida & foeda est, in quocunq; reperta fuerit; animamq; quam possederit, vehementer turpem ac deformem efficit.

A plurimis autem initijs siue fontibus ea deriuatur, precipuè à quinque sensibus extrinsecis, quamuis & interiores ei magnum adiuuentum præbeant; nempe, visu, auditu, odoratu, gustu & tactu: A gula vero,
& lux.

& luxuria vel maxime omnium existit & enascitur.

Aduersus hanc sensualitatem, acerrimum hostem nostrum necessarium nobis est, arma sumere, cumque ea continuum bellum gerere, ac naturæ omnia, præterquam quæ ad sustentationem eius necessaria sunt, negare: atque in necessariorū etiam usu, cauere ne inordinata aliqua affectio subrepat, quandoquidem animam proficientem, plurimum impedit, eamque sæpenumero ad casum impellit, nec ad anteriora proficere sinit.

O quantū nocet homini spiritua- *Quantum*
lem vitam sectanti modica voluptas *noceat sensu-*
& perexiguus gustus inordinatus, *alitas.*
in manducando, bibendo, dormien-
do, vestiendo, ridendo, confabulan-
do, similibusque naturæ sensualita-
tibus, captus? Quantum sanctarum
virtutum exercitia progressusque
impedit? Quam spirituales exercita-
tiones efficit insipidas & insuaues?
Quantum restinguit deuotionem?
Quantū refrigerat animi feruorem?

C 3 Quam

Quàm despiciat animam amantem, omni fiducia, ne coram sponso comparere audeat? Quàm replet eam nausea, tædio, ac tristitia in exercitationibus religiosis & pijs? Quamuis enim illi, qui in similibus sensuum delectationibus voluptatem suam capiunt, existiment se deuotiores, & in amore Dei feruentiores esse: Certo sibi tamen persuadeant, hanc illorum deuotionem aut fictam esse aut naturalem, quia

1. Cor. 2.

animalis homo, non percipit ea quae sunt spiritus Dei.

Necessarium est animae proficere desideranti ut omnem in se affectionem sensualem mortificet.

Itaque adhortor te, Anima pia, si profectum facere cupis, ut totis viribus omnem à te sensualitatem, non tantum rerum superfluarum: verum etiam affectionem ad ea, sine quibus natura subsistere nequit, atque adeo, omnium peccatorum venialium amputes: quia vitæ proficientis initium est mortificare atque præcidere omnes affectiones peccatorum venialium.

Discrimen inter casum

Noueris itaque discrimen maximum esse inter casum in peccata venialia

PARS PRIMA

nialia ex fragilitate, & ex affectio- *In peccata*
 ne: quia ex fragilitate fieri non po- *venialia ex*
 test quin in multa continuo venialia *fragilitate*
 peccata labamur: at affectiones om- *ex affe-*
 nes illorum peccatorum venialium *ctione.*
 in nobis mortificare atque elidere
 possumus.

Exempli causa. Difficillimum
 fuerit in cibo, potu, dormitione, lo-
 cutione, ac similibus nunquam la-
 bi in peccatum aliquod veniale: at
 diuina adiuuante gratia facile est
 habere desiderium, nunquam pec-
 catum aliquod veniale cuiuscun-
 que rei gratia, committendi: ita vt
 quamuis lapsus in huiusmodi pec-
 cata frequens sit, hoc tamen deside-
 rium in nobis, diuina suffultis ope,
 continuum esse possit: cauendo
 pro viribus ne in aliquod peccatum
 sponte ac volentes consentiamus;
 Dum autem sic labimur, non pecca-
 mus per affectione, sed per fragili-
 tatem, quia affectioni per firmum
 illud propositu ac desiderium om-
 nia venialia peccata, si possibile fo-
 ret, vitare iam interitum attulimus:

C + quod

36 SPECVLVM ANIMAE
quod non faciunt illi, qui in venia-
libus peccatis sibi complacent, eo-
rumque desiderio tenentur, quam-
uis ea non quatenus peccata sunt cu-
pant: sed quatenus naturæ iucunda
sunt & delectabilia.

*Quæ damna
incurrant
qui sibi à
peccatis ve-
nialibus ca-
uere negli-
gunt.*

Qui eiusmodi sunt, sibi metipsis
vehementer nocent; licet enim in
varijs pijs, & religiosis exercitatio-
nibus tum internis, tum externis, se-
se exercitent, nunquam tamen ho-
rum peccatorum venialium remis-
sionem consequentur, quantumuis
sæpè illa confiteantur, nisi prius af-
fectum earum in se mortificauerint.
Et quamuis nonnunquam de pecca-
tis istis conteri, ac dolorem conce-
pisse videantur, dolor tamen iste
non ex intimis cordis proficiscitur,
nec tantus est, vt affectionem om-
nem de corde funditus extirpare,
atque auferre valeat. Tales nullum
vnquam faciunt progressum in vir-
tutum studijs: Opera illorum pluri-
mis imperfectionibus permixta &
maculata sunt: Deuotione ac donis
diuina benignitate ipsis collatis, ab-
utun-

utuntur . O vtinam perspicere posses anima, quam multi numero sint, qui magna quidem operantur, quorum tamen labor omnis frustraneus est, nulliusque aut certè perexiguæ utilitatis, non aliam ob causam, quã quod affectionem peccatorum venialium; & speciatim ad sensualia in seipsis mortificare, atque perimere non student.

Modus eluendi affectionem sensualitatis.

DICAMVS nunc quomodo turpis hæc macula mundanda sit: Adferemus autem triplicem modum generatim maculam hanc perpurgandi: de gula, & luxuria specialiter loco suo agemus.

PRIMVS modus est: Considerare, quanta sit nostra miseria & infœlicitas, quod sensualitati, quam communem cum bestiis ratione carentibus accepimus, subiecti simus.

Miseria nostra quam magna.

SECUNDVS est: Expendere quanta damna & incommoda, secum ferant hæc sensualitates: quodque

Sensualitas inimica animæ.

C 5 hostes

hostes nostri acerrimi sint, qui capitali nos odio inuestantur.

*Vanitas &
breuitas sen-
sualitatis.*

TERTIVS est; Animo reuoluerre, foeditatem, vanitatem & breuitatem harum sensualitatum: Qui somno indulget similis est homini mortuo: Qui cibum capit, humores & spurcicias corpori subministrat: Qui voluptatem ex aliorum sermonibus, risibus, & iocis haurit, nihil aliud agit quàm quod in re vanissima & fugacissima, quæ momento temporis præterit, & celerrimè tranſiolat, delectationem quærit.

*De amore inordinato,
Macula IV.*

CAPVT V.

Marc. 12.

*Amor Dei
& amor
mundi con-
trarij sibi
sunt.
Iacob. 4.*

DILIGES Dominum DEVM tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, ex tota mente tua, & ex tota virtute tua, ait Dominus & saluator noster IESVS Christus. E diametro repugnant, Anima, amor Dei & amor mundi, vsque adeò vt Apostolus affirmet: *Qui voluerit esse amicus huius seculi: inimicus DEI constituitur.* Et Christus